


AD
VIRI SVSPENSI
ANATOMEN

IN
THEATRO ANATOMICO
VNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS,
ALIQVOT DEINCEPS DIEBVS
HORA V. VESPERTINA
SOLLEMNITER HABENDAM
OFFICIOSE

AC
PERAMANTER
XXVII. FEBR. clb lbc LXXX.

INVITO
OMNES BONAE MENTIS POSSESSORES
ARTISQ; SACRAE FAVTORES

GEORGIVS FRANCVS,
FACVLT. MED. DECANVS.



HEIDELBERGÆ,
Cisevis SAMUELIS AMMONII, VNIV. Typogr.



B. C. D.

L. B. S.



Effluxerat fere annus, ubi XVII publicis, quas Anatomici vocant, demonstrationibus cadaver juvenis decollati exhibui, in splendida eaque satis numerosa tum Celeberr. DNN. PROFESSORVM atque DOCTORVM, tum STUDIOSORVM Illustrium atque Nobil. aliorumque VIRORVM Doctorum corona. Præter partium expositionem adhibui tunc instrumentorum chirurgicorum adplicationes in trypanatione, paracentesi varia, artuum amputatione, fonticulis, epithematibus diversis, celotomia, odontagia, V. S. arteriotomia, scarificatione, cataractæ ablegatione, luxatione; tumorum & labiorum leporinorum exsectione, catheteris immisione, lithotomia, bronchotomia, vesicatoriis &c. Obiter etiam de Partu Cæsareo atque fetus mortui extractione in feminis, cui & olim Jenæ interfuimus; heic autem loci multoties sat feliciter, quæ DEI fuit clementia, præfuimus. Admiscui subinde varios morbos, eorumque subjecta una cum causis, nonnunquam & curatione exposui κατὰ δύναμιν καὶ κλίω; quod effusissimo spectarunt tot tantique Auditores studio. Fateor studium est anatomicum, quod totum sibi consecratum poscit hominem: tædio plenum est, amplissimum, difficilimum, & revera hodiernum (veniam Professorum!) satis obscurum. Trahimus equidem haut raro in subsidium corpora brutorum, probante Gerh. BLASIO in *Anat. Contr. proleg. p. m. 1.* Immo jam olim hoc admisit RVFFVS l. I. *appell. corp. hum. c. 2. § 17.* Quin brutorum ἀνατομὴν πρὸς γυναικείας ἕνεκα recte fieri, jam olim censuit GALEN. III. κ. γέν. 2. § III. *Exerc. anat. 5.* quamvis quodammodo, invitus ad eam se accin-

accinxerit VI. V. P. 4. XIII. 11. & IV. Exerc. An. 4. atque VI. 1. ac 3.
 Variorum animalium exempla hinc inde ap. CL. offenduntur Aucto-
 res; quorum brevem heic dabimus *συναγγραφήν*. I. Ex QVADRV-
 PEDIBVS Agni. M. A. SEVERIN. Zoot. Democr. p. 303. Boum,
 Th. BARTHOLIN. C. 2. h. 32. & SEVERIN. p. 298. Canum fre-
 quentissime, conf. qq. H. a MOINICHEN ap. Th. BARTHOLIN.
 C. 2. Epist. 44. SEVERIN. p. 305. seq. § 385. Catelli recens nati, nec
 dum apertis oculis Id. p. 308. Capreæ silv. Th. BARTHOLIN. C. 2.
 h. 49. Capreoli Severin. p. 302. Castoris Excell. DD. I. WEPFE-
 RUS in Ephem. Germ. Cur. Anno 2. obs. 211. Th. BARTHOLINUS
 C. 1. h. 9. Excell. quoque D. D. F. C. WINCLERUS, P. P. Archiat.
 Elect. Palat. Collega noster honoratis: ante biennium eandem instituit:
 ut & CL. D. D. J. de MURALTO, Amicus æstimatissimus in Curios:
 Experim. Anat. p. m. 473. § 477. Cercopithecii, SEVERIN. p. 329.
 Cercopithecii, Mammonet dicti, δ πόνυ Th. BARTHOLIN. in Act.
 Hafn. Vol. 1. obs. 36. § Vol. 2. obs. 9. Cervi SEVERIN. p. 387. Cervæ
 ejusque hinnuli nos olim Jenæ vidimus, & ante aliquot annos Altdor-
 fi habuit Excell. D. D. Maur. HOFMANNUS P. Primarius.
 Chamæleontis, PANAROL. tr. pecul. & Th. BARTHOLIN. C. 2.
 h. 62. Civettæ Th. BARTHOLIN. C. IV. h. 1. § C. V. h. 49. Cuniculi
 P. PAW. obs. anat. X. Conf. SEVERIN. p. 327. Cuniculi Brasili-
 ensis CL. MURALTUS l. a. p. m. 435. Echini terrestris Doctiss. G.
 SEGERUS in Ephem. Cur. Germ. Ann. 2. obs. 58. & Excell. O. BORRICH.
 in act. Hafn. Vol. 1. obs. 90. Equi Vener. Sin. PAULLI tr. pecul. § in act.
 Haf. Vol. 1. obs. 11. Carol. RVINVS, Italus, & SEVERIN. p. 289. Olim
 quoque Equum grandem Ducis Saxo-Vinar. disseuit Celeb. ROLFIN-
 CIVS, ap. quem sceletum vidimus. Pulli equini abortivi sectio est
 ap. M. A. SEVERIN. p. 291. Equæ D. MVRALT. p. m. 216. § 226.
 Felis M. A. SEVER. p. m. 309. § 311. nosque olim Jenæ & Argento-
 rati. Gazelæ Wisemböckien; MVRALT. p. m. 107. Gliris, M. A.
 SEVERIN. p. 325. Gryllotalpæ Oliger. JACOBÆVS in Act. Hafn.
 Vol. IV. obs. 2. Gulonis; Th. BARTHOL. C. IV. h. 30. Hystricis SE-
 VERIN. p. 320. Leonis ID. p. 388. Laur. WOLFSTRIGEL. Ephem.

Germ. Cur. Ann. 2. obs. 6. Th. BARTHOLIN. C. IV. h. 100. & in act. Hafn. Vol. I. obs. 17. Leænæ Excell. J. G. GREISELIVS in Ephem. Germ. Cur. Ann. 2. obs. 5. Leporis, Th. BARTHOLIN. C. 2. h. 86. SEVERIN. p. 309. C. BARTHOLIN. Jun. in act. Hafn. Vol. I. obs. 136 & Fainigeratis. WEPFERVS Ephem. Germ. Cur. Ann. 2. obs. 251. p. m. 368. Martis, Th. BARTHOLIN. C. V. h. 14. CL. SEGERVS ap. Eund. C. 2. Epist. 86. atque SEVERIN. p. 317. Muris vulgaris; nos heic aliquoties; præcipuè prægnantis, conf. qq. SEVERIN. p. 324. majoris; ID. p. 323. agrarii MVRALTVS in Experim. cur. anat. p. 543. montani; SEVERIN. p. 325. Alpini FABRIC. Hild. C. VI. obs. 97. Indici SEVERIN. p. 328. Norvvagici; Lemmender dicti, Th. BARTHOLIN. c. 2. h. 73. Mustelæ, MVRALT. p. m. 108. seq. Ovis, SEVER. p. 381. Porcorum CAPHON. tr. pecul. de porci Anat. M. A. SEVERIN. & Th. BARTHOLIN. c. 2. h. 67. Porci Americani Id. ib. h. 96. Rangiferi, Cl. STENO in Act. Hafn. Vol. 1. observ. 135. Sciuri nos ante hos XIII. annos Argentorati, ubi tunc medicinam faciebamus, simulque studiosis informandis dabamus operam. Simiæ, SEVERIN. p. 376. Talpæ, MVRALT. p. 5. 36. & 540. Tigridum, CL. Laur. WOLFSTRIGEL. Ephem. Germ. cur. Ann. 2. observ. 7. Vacca fetus SEVERIN. p. 297. Vitulæ abortivæ p. 294. Vrsi, Acutiss. Nic. STENO ap. Th. BARTHOLIN. in act. Hafn. Vol. 1. obs. 135. in fine. Vrsæ nos ante hos XIV. annos Argentorati in horto Bresleriano, vid. ephem. germ. cur. ann. IV. obs. 101.

II. E REPTILIVM classe anatomias Anguis, M. A. SEVERIN. p. 363. Anguis Caprimulgi ID. p. 364. Bufonis ID. pag. 325. Cochleæ p. 330. hujusque examen accuratum dederunt Nobiliss. Joh. Conr. PEYERVS atque Exc. D. D. J. J. HARDERVS P. P. Basil. Amicus noster honoratissimus; tr. pecul. & CL. MVRALTVS p. m. 485. Cæcilie ID. p. 532. & 536. Lacerti quadrupedis SEVERIN. p. 326. Lacertæ; veluti parvuli crocodili, nos ante aliquot annos. Limacis serpentis nudæ; SEVERIN. p. 330. Salamandræ Oliger JACOBÆVS in Act. Hafn. Vol. IV. obs. 2. Serpentum CL. SEGER. in ephem. germ. cur. ann. 1. obs. 3. Testudinis terrestris; SEVERIN. p. 221.

Vermium ID. p. 347. Viperæ; ID. & exper. D. Mos. CHARAS, Amicus pl. honorandus *pecul. tr.* atque MVRALT, p. m. 29. seqq.

III. Ex AQUATICIS in theatrum anatomicum produxerunt Anguillas ID. p. m. 106. & 165. egoque ante hos XV. annos Argentorati multoties. Anguillam palustrem prænantem SEVERIN. p. 370. Astacum; Eruditiss. P. I. SACHS. in *gammareolog.* Multiscius G. H. VELSCHIVS in *Vena Medinensi* & MVRALT. p. m. 581. atque SEVERIN. p. 359. Cancrum planipedem ID. p. 357. Capriscum s. porcum piscem ID. p. 348. ut & p. 374. Cere admirabile. Hirudinem MVRALT. p. 579. Lucium piscem SEVERIN. p. 372. seq. Murænam ID. p. 368. Orbem Th. BARTHOLIN. C. 2. h. 1. Ranam MVRALT. p. 588. seq. & nos sæpius olim Jenæ. Ranam piscatricem, SEVERIN. p. 348. Sirenem T. BARTHOLIN C. 2. h. 11. Testudinis marinæ SEVERIN. p. 320. Tursionis Th. BARTHOLIN. C. 2. h. 25. Torpedinis SEVERIN. p. 371. Truttæ ID. *Ib.* p. 389.

IV. e VOLATILIVM choro visuntur dissectiones Aizonis avis ap. SEVERIN. p. 339. Anatis maris, SEVERIN. p. 337. Apis; P. 7. SACHS. *Eph. Germ. Cur. Ann. 1. obs. 13.* p. m. 49. seq. Anseris, SEVERIN. p. 338. Aquilæ Ol. BORRICH. in *act. Hafn. Vol. 1. obs. 2.* MVRALT. p. m. 160. & 165. Bozaculi avis, SEVERIN. p. m. 339. Ciconiæ, nos ante pauculos annos, ceu probat ejus sceletus in Arca nostra Anatomica; it. Celeb. L. STRAVSS: cum FILIO tanto Patre condigno *disp. pecul.* ut & Magnus 7. 7. WEPFERS *Ephem. Germ. Cur. Ann. 2. obs. 251.* Columbæ Ol. BORRICH in *act. Hafn. Vol. 1. obs. 96.* Columbi domestici SEVERIN. p. 343. Cistarellæ, ex accipitribus ID. p. 338. Cycni Cel. Th. pater & Casp. filius BARTHOLINI *tr. pecul.* Excell. D. D. WEDELIVS, honoratissimus atque fraternus Amicus *Ephem. Germ. Cur. Ann. 2. obs. 12.* Corniculæ; SEVERIN. p. 340. Corvi p. 340. seq. Coturnicis p. 339. Falconis, MVRALT. p. m. 335. & 342. Ficedulæ, SEVERIN. p. 341. Fulicæ. *Ibid.* p. seq. Galli Th. BARTHOLIN. C. 1. h. 99. Conf. qq. Excell. STRAVSS. *tr. de Ovo Galli.* Gruis Th. BARTHOLIN. C. IV. h. 12. Noctux, SEVERIN. p. 336. Pavonis C. BARTHOLINVS Patris Magni genuinus

*Æmulus in act. Hafn. Vol. 2. obs. 114. Picæ SEVERIN. p. 343. Psittaci
 SEGER. ap. Th. BARTHOLIN. C. 2. Epist. 86. Oliger JACOBÆVS
 in act. Hafn. Vol. 2. obs. 124. Vespertilionis CL. WEDELIVS in Ephem.
 Germ. Cur. qualē & nos ex parte instituimus Wisbadii, elapsi anni æstate,
 dum fragilitati nostræ thermas illas & vicinas acidulas Svalbacenses
 adhibebamus. Talia & alia plura Magnus M. A. SEVERIN. in lau-
 data sæpius Zootomia. passim atque Excell. D. D. Sebast. SCHEFERVS
 in Morono suo p. 15. seqq. vir certe & sincerissimus & doctissimus. Ve-
 rum multis parasangis antecedunt Cadavera humana, in quibus, ceu
 in speculo, corporis nostri naturam satis intueri licet. De præcipu-
 is Professoribus egimus in ultimo programmate anat: Jam laudamus
 illorum institutum, qui anatomica exercitia non obiter pertractant,
 sed abdiras rerum & morborum causas in iisdem perscrutantur sagaci
 corporis animique oculo. Consilium hoc fuit Illustri Th. Bartholino,
 quod, eheu! invida una cum bibliotheca instructissima devoravit
 flamma. Adimplevit vero vastissimo opere CL. Bonetus pronuper,
 Medicus Genevensis longe præstantissimus. Conf. Cl. J. C.
 PETER. meth. hist. anat. in præf. Neutiquam igitur male &
 Medici quidam & Sophistæ dixerunt, ὡς ἔκ ἐνι δυνατὸν ἰντριχὴν εἰδέναι, ὅστις
 μὴ οἶδεν ὃ τί ἐστὶν ἀνθρώπου, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπαίγνη, i. e.
 fieri non posse, ut quis artem Medicam cognoscat, nisi idem noverit, quid sit
 homo, & quanam ejus prima generatio & compositio ap. HIPPOCR. l. de
 prisca Medicina f. m. 17. qui etiam certa ratione accedit. Commodis-
 simum igitur SERENISSIMVS PRINCEPS ELECTOR, DOMINVS
 NOSTER CLEMENTISSIMVS, uti publicæ Saluti, ita & privatæ Ar-
 tis Pœoniæ cultorum strenuorum usque prospicit vigilantissimus; dum
 iterum Cadaver suspensi ante biduum Weinheimi Theatro nostro Ana-
 tomico clementissime examinandum concessit. Secus (per Musas!)
 ac BARTOLVS JC. in l. ult. ff. de Cadav. punit. ubi hæsitat, an ejusmodi
 τῶν δρεφθαργηένων cadavera sint ad anatomen concedenda, teste DV-
 ARENO ad d. t. ff. f. m. 839. immo ipse BARTOLVS indecisum plane
 dimisit, teste HARPRECHT. tom. IV. ad Instit. p. m. 64. Immo diffi-
 cultatem quandam interdum etiam prætendit CARPZOV. rer. Crimin.
 p. 3. q. 137. n. 72. qui tamen ceteroquin affirmantibus accedit. Justas quo-
 que exceptiones recenset DVARENVS l. a. qui tamen in reliquis favet
 Professoribus, una cum Petr. THEODORIC, in Colleg. Crimin. disp. X.*

6. lit. C. Hieron. ALBANVS in addit. ad Bartol. ap. HARPRECHT.
 l. c. WESENBEC. in paratitl ad de Cadav. pun. Matt. STEIHAN. de
 Jurisd. l. 1. c. 6. n. 141. seqq. Ant. GOMEZ tom. 3. Var. Resol. XIV. n. 9. &
 ad h. l. Emanuel SOAREZ in notis, teste HARPRECHT. Marq.
 FREHER. l. v. Parerg. c. 15. SPECKHAN ap. BESOLD. in thes. pract.
 lit. A n. 67. & REYGER in thes. jur. voce. Cadaver f. m. 260. b seq. &
 Joh. CÖPPEN loco mox citando. it. MENOCH. CVRTIVS Jun. Cass.
 VALASCVS; LANCELOT. BOCERVS, MVSCORNVS, PAVL-
 LVS BERENS, Nic. BOËRVS. DECIANVS, Matth. COLERVS
 atque BERLICH. ap. HARPRECHT. l. a. qui fufe. LIMNAEVS & c.
 ap. DIETHERR. in addit. ad Besold. f. m. 37. a. Jul. CLARVS l. V. sent.
 §. ult. quest. ult. ap. REYGER l. c. Joh. CÖPPEN: obs. practicabil. l. 2.
 obs. 73. n. 5. Conf. qq. Ant. de GAMA Lusit. tr. pecul. de Sacramentis
 præstandis damnatis, testamentis, anatomia & sepulturis eorum, Antwerp.
 1655. in Fol.

Recte vero negantur Medicis puniendorum viva corpora secan-
 da Marq. FREHER. l. a. SPECKHAN. Cent. 1. quest. 7. ap.
 REYGER. l. d. & COPPEN. l. a. quia pœnæ exsecutio car-
 nifici mandanda est, non Medico, cujus persona valde præclara est
 l. 1. §. 1. ff. de Extraord. Cognit. Refutavimus qq. in programm. anat.
 proximo, Venite ergo quicumque adamatis corporis humani cogno-
 scentiam (ut Marii VICTORINI Afri l. 1. f. 201. & l. 4. f. 228. ad-
 vers. Arianos verbo utar.) & videte: Exenterabimus, enervabimus, e-
 medullabimus (ut PLINIUS mihi sua) exollabimus, eviscerabimus
 hoc satis juvene cadaver. Néc tanta nobis est δυσχέρεια ἰδεῖν, ἐξ ὧν
 ξυνέσθηκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, qua ARISTOTELI I. P. A. §. Commodissimum
 enim ὑποκέμενον præbet homo, ἀνάλογον saltim brutum: geminam
 illius rationem inculcat ὁ θανυμάσι. C. HOFMAN. nott. ad Gal V. P.
 n. 8. ex ARISTOT. & GAL. Confluite & rimemini mecum Naturæ
 conditricis adyta & vera arcana: Si quis enim alia creper, næ Itoli-
 dus est, & plus quam insanit; cum mihi æque ac abis sanioribus
 istiusmodi sesquipedalia arcana nil sint nisi lacerum ignorantia fuca-
 tæ pallium. Conf. CAPIVACC. PRIMEROS. de Err. Vulg. GRVBE
 aliosque cordatos. Homuli sc. isti juxta cum ignarissimis ne oleum qui-
 dem viderunt, ut illo THEOCRITI utar ap. ERASMVM in Adag.
 Videl. longe præstantius magisque conducibile est atque utile ἀντοψίαν
 ἢ Naturam ipsam consulere ac libros forte, sedulo hoc inculcante
 GALEN.

GALENO I. V. P. 17. § II. 3. § VII. 1. § XIV. 6. § I. Exerc. Anat. 2.
 Amuffim Idem PERGAMENVS XII. V. P. 8. εἰδὲ γὰρ ἰκανὸς ἐκτυπῶσαι
 λόγῳ εἶδεις, ἔτιως ἀκριβῶς, εἰδὲν τῶν φαινομένων, ὡς ἀφῆ καὶ ὄψις. I. c. *Nul-*
la oratio tam accurate describere potis est quidquam eorum, quæ sub
sensum cadunt, quam tactus ipse visusque Adeo III. κ. γέν 2. nugatori-
am vocat Anatomix scientiam illam, quæ ex libris capitur, & qui
ita discunt, κυβερνήτας ἐκ βιβλίσ, 1. nautas ex libro vocat, citante C. HOF-
 MAN. Hinc RONDELETIVS teste POSITHIO in *obss.* sæpe admonuit
 studiosos suos, non crederent libris, sed libro naturæ.

Nihil tamen detractum volumus optimis accuratorum Anato-
 micorum monumentis; haud etenim raro optimi Consultores Mor-
 tui; qui succenturiatam præstant operam; eamque sæpicule satis in-
 signem. Cautela tamen opus est; ne tiro nubem incautus præ Ju-
 none amplexetur: siquidem in anatomicis quædam etiam aquilæ ocu-
 los fugiunt, censet ὁ φιλαριστοτελής ἢ φιλογάλην & immο φιλαληθής *Cass.*
 HOFMANNVS; uti semet appellat. Nim. FRANCVS sum &

ἄγροικός εἶμι, τὴν σκάφην σκάφην λέγω.

Valete. P. P. in museo meo Heidelberg. XXVII. Febr. cl. lxx
 LXXX.

GEORGIUS FRANCVS.